

licità provehendæ Jurisprudentiæ deliberatione, *Naturâ prius, deinde linguâ eruditum quem fieri oportere,* saluberrimè indixit. Cujus inconsiderantiæ meritò ne arguamur, nevé refragemur æquissimo, quod jus-
sus instar ob sanctitatem esse nobis consuevit, consilio, eò progredi sedulò allaborabimus, ut primordiis ini-
tialis firmioribus in sanum Justitiæ Jurisque scientiæ augustum sanum non ingredi tantùm nobis liceat, sed habitare, operosiorẽ prudentiæ Legalis cognitionẽ indies bibituris. Ejusdem sanè viæ cum ab Illustri & Generoso Dn. Dn. GEORGIO à SCHÖNAICH Sac. Cæs. Majest. Consiliario &c. in noviter liberali cõ-
silio manuq; adornati, & omnium artium Professoribus luculenter auctorati Gymnasii Bethaniensis thea-
trali synedrio legitimè accitum Ductorem me *περὸ δεξιῶν* hac chartâ publicè nunc profitear, residui nihil, nisi ut telam, cujus *διπτέλεσμα* generosâ mihi Illustris Instauratoris fiduciâ commissum, bono-augurio texere propediem ordiar, aggrediar. Quod ut fiat vestro cum bono, & profectibus, Gymnasii etiam surgentis non levi cum incremento, utrinq; Deus instantibus nobis votis unicè exorandus est. Cæterum, quâ usurus sim methodo, quâ orbitâ ingressurus, præviâ *προληγομένην* farragine indicabo. Quod item prælectionum nostrarum futurum sit exordium, præfixâ schedulâ publicè propediem exstabit. Prævertet autem prælectionum cursum auspicalis ad diem Jovis proximum, Oratio: quam audire ne declinetis Univerf. ordinis literarii Cives honoratissimi, amicè vovemus, cupimus. B. V.



Indicium

Profefsionis Theologicæ, XXIV
IN ILLUSTRISCHÖN-
AICHIANO DUCTU AC
auspicio Dei opt. Max.

à
GEORGIO VECHNERO
Freist. Sil. susceptæ & in-
ceptæ, publico datum.

Ad VI. Id. Jan.

Anni M. DC. XVII.



BETHANIÆ AD ODERAM,

Typis Johannis Dörfferi.

GEORGIUS VECHNERUS,

Theologiam sacrosanctam in Illustri

Schönachiano publicè professorus,

Lecturiam salutem per Christum.

A Pud eos, qui in illâ publicorum muniõrum classe sunt locati, ut emolumentis salutiq; Juniorum operâ disquisitâ prospiciant, nulla certè res alia demandatiorem ac sollicitiorem sui curam demereri sibi, ac DOCTRINA COELESTIS potest. Adeò eminenti, quod in ipsâ etiam hñmillimum est, dignitate pollet. Quæ porrò sunt studiorum genera, singula eo, quod summum ac florētissimū ipsa complectuntur, pro vitæ potissimum usibus faciunt, quàm animantes brutæ nostrâ protractiorem pleræq; degunt. At illa eximio etiam ad eandem fructu (nam & hujus vitæ promissione PIETAS stipatur) non destituitur, & gradum insuper multò evertiorē destinatissimè concernit: ad quæ preciosissima nostri portio anima, ubi ærumnali exitio æternū mancipari defectu culpaq; domesticâ mereretur, gratioso ejus accitu sustollitur. Magna equidem in vitam, quam sociatim degimus universam è disciplinarum reliquarū adminiculis redundant emolumenta. At tanta haut quaquã ea sunt, ut vel terendorum in seculo hoc temporum intervalla ac spiramenta prosperitate æquent. Quam verò occupatiõra circa

DEUM

DEUM studia beatitatem affectantur, tanta illa & rerum & temporum ubertate est futura: ut prosperitate terrestri etiã universim destitui ac viduari illius adipiscundæ spe, apud verè in Deum animatos leviculum sit. ^{Rom. 8. 18.}

οὐκ ἀξία τὰ τῶν νῦν καλῶν παθήματα πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν.
Illud etiam an momenti est exigui, quod cōmodorum vitæ huic per studia alia accedentium, auctorem ipsum CAELESTIS illa DOCTRINA una unicè concernat? cum cæteræ in iis detineantur, quæ ab eodem condita sunt, ejusq; indultu nobis obtingunt. An modis istiusmodi id non assequitur, ut architectonica quadam ὑπεροχῇ institutioni reliquæ omni antevertat? ut prima ac potissima apud antistites rerum communiū jure sistatur, quæ turetur? Equidem absq; absurditatis notâ posthaberi beneficiorum expensionem ipsa mentis circa beneficiorum auctorem occupatio nequit. Sed & debitis auctori officiis beneficia ipsa nō tam enormiter absurdè curatiora fierent, si beneficiorum tantummodò distributorum nomine isto veneremur: quo DEUM cum appellamus conditorem servatoremq; istorum omnium profiteamur; qui ut prior, sapientior, benignior, ac potentior creaturis est omnibus, ita ejus honori consecrata studia, & uberrimæ sapiētiae ac fructuositatis sunt, & principio curari merentur. Quo propterea loco publicata nuper venerandi senatus nostri scholastici super

Theologicā professione consulta habere conveniat, in
propatulo est. Ut verò vices eas unitis suffragiis assigna-
re mihi visum sit, factū ideo, quod annis jamcō pluribus
in studiis sacris à me sit desudatum. Quod ut profiteri li-
cet, ita diffiteri non decet, quanta profectuū in iisdem,
tenuitate, humerorumq; ad munus tam arduum imbe-
cillitate etiamnum me esse sentiam. Ad subterfugiendū
verò id muneris eo sensu ut sollicitor, ita ad subeundum
cogitatione hac adigor, quod minuta etiā quæq; *χαρισμάτων*
των divinorum mina ad fenuscūli potius quantalicunq;
additamentum, quā ad desidiosam defossuram nobis
obtingat divinitus. Itaq; nec piæ venerādi senatus Scho-
lastici expetitioni antè refragari liquit, nec Generosissi-
mi ac Gratosissimi Patroni nostri auctoritati modò ob-
luctari: quarum ista ut ad vicarias professionis Theolo-
gicæ operas pridem postulabar, ita hac ad statam ejusdē
functionem nunc designor. Quod salutare ac beatum
JEHOVA esse jubeat, qui muneris glorioso nomini suo
devoti arduitate per illam à Paulo prædicatam ex se-
μανότητα καὶ ὑπερβολῶν δυνάμει in me clementer sublevet. Sta-
tutum autem est consilio admodum probando, ut FIDEI
SUMMA, quæ comitiis Augustanis sub Principū Evange-
licorū tutela fuit exhibita, prælectionibus publicis illu-
stretur. Id quæ fieri potest fidelitate ac dexteritate actur⁹,
præmittā initio, quæ de SCRIPTURIS SACRIS tenuisse ac

præ-

præmeminisse oportet, priusquā è scripto ullo humani-
tūs concinnato veritas cælestis compendio addiscatur.
Initiū ad xvi. Jan. faciam, horā prælectionum mearum
publicarum solita, nona matutina. Ubi palmarius ille
Theologiæ sacre de SCRIPTURA locus debite fuerit præli-
batus, ad illud veritatis è tenebris in apricum emergen-
tis compendium, AUGUSTANAM CONFESIONEM
postea accedam. Isto nobis ordine progressuris, non à
tergo, (quo positu in caligantiore hoc seculo nostra no-
bis umbra seductrix etiam fieri posset) sed à fronte erit,
lucidissima veritatis divinæ lucerna, SERMO DIVINUS.
Βεβαίωτε ille est *σοφοῦ λόγοις λόγοις*, adeoq; bene fit, si inten-
tis ac attentis nobis tanquam lucerna *ἐν τόπῳ ἀσχυρῶ* præ-
fulget. A scripti etiam sermonis divini Canonicā au-
thoritate, perspicuaq; sufficientia omnis controversia-
rum illarum enodatio dependet: idq; nexu tam arcto,
ut ea quidem asserta facilis sit exsolutio atq; expedita:
neglecta verò eadem in serio congressu tantum non in-
extricabilis. Qui animum studiis sacris apud nos devo-
vetis juvenes, videte pium illud propositum vestrum
sanctè urgeatis, abruptè non habeatis. Ad vos sigilla-
tim pertinere censeatis, quod à Christo dicitur,
*Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτῆ ἐπ' ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω δι-
θείς ἐστὶν εἰς τὴν βασιλείαν τῆς θεοῦ.* Opellam et-
iam meam aviditate & industriā vestrā tantò
pro-

prolectabitur uberiùs, quantò ea in vobis perseverãtior fuerit & frequentior. Ut ne pænitere vestrũm quenquã unquã possit, partẽ aliquã eorum, quæ ad explicationẽ articulorũ Theologicorũ à me fuerint adducta, consignasse, processu tali providebo, qui quãtò estis progressuri & profecturi magis, tantò vobis commendatiores & æstimatiores redditurus est mancipatas semel dictatis meis excipiendis cartulas. Nimirũ ad logicã locorũ communiũ pertractationem omnẽ explicationẽ meã, quã fieri potest strictissimè dirigam & conformabo. Hanc mihi legẽ prædefinio: ut proposito loci cujuscunq; Theologici titulo, quæ necessaria circa illum ac notantiùs utilia videbuntur, ea & secundũm logicos ad illum respectus accuratè dispertiar, & planè aphoristiceq; concipiã, & per subjunctas dictorum sacrorum citationes atq; accõmodationes ac ex iis deductas, ubi fuerit opus, arguitions; explicẽ, illustrẽ, confirmẽ, demonstrẽ. Ita excipi, quæ à me sine eo proponentur, cum ea cartarum plicaturã ac distributione poterunt: ut postea tum sacrorum Bibliorũ lectio, tum auctorũ Theologicorum evolutio, nõ sine cõvenientissima ac cõmendatissima *ἀξιωματικὴ συντάξις* quorumcunq; selectione & connotatione pro uberiore studiorum Theologicorum profectu, à vobis queat institui. Instituetur, opinione mea vix ratione aliqua Theologicorum me-

morabili


morabilium selectio ac connotatio cõvenientiùs quã, si secundum logicos ad caput suum h. e. locũ Theologicum, respectus fiat; si nullã aut otiosa pagellarum deputatione, aut defectuosa earundẽ distributione frustremur. Nec existet eadem nativo quodam ullo modo, ac providè accõciliato genio cõmendabilior, quã si nõ titulorũ solummodò præsignatura, sed & notabilissimorũ quorumcunq; ad eosdẽ subjunctione studiosum lectorẽ ad ulteriores seligendi & annotandi operas alliciat, trahat, rapiat. Ita vel apiculẽ (insectorum genũ industria & solertia admirabile, & laudatum hoc etiam nomine, quod illi nullus, cum per cælum licuit, otio pereat dies) si cellulas habeant aliquo melliculo obfertas, impensiore indies exfugendi ac congerendi studio ac labore hinc inde mella cõtrahunt, succumq; subtilissimum ac dulcissimum atq; saluberrimum. Modum hinc à me præstitutum aut suo pte judicio, aut oculari aliqua ostensione mea oportunè observaturi, ipsa hæc convenientiæ & cõmendabilitatis argumenta, & vel ijs plura, si gnavi fuerint, certò deprehendent. Hæ tales lectionum publicarum operæ mihi futuræ. Id juxta solenniter sacrum erit, ut, quã primũ locus Theologiæ aliquis lectionibus publicis fuerit secundum præostensam tractationis formam expeditus; subjunctim etiam idem secundum nervos potiores per positiones

certas

certas ad publicam placidamq; συζήτησιν producat; ne
quâ parte veritati aut accuratiùs exquirendæ, aut exqui-
sitiùs percipiendæ deesse videamur. Simul a. & eò faciet
modesta & secundum inviolabiles charitatis Christianæ
leges gubernata hæc juvētutis exercitatiout *Να τὸ ἐξ ἡμετέ-
ρας ἡγήσια γεγυμνασμένα ἔχεν πρὸς διάκρισιν καλῆτε καὶ κακῆ,* adminicula-
tiùs ipsa occipiat. Nec n. cogitata minùs impeditè pro-
ferendi, solū, sed & eadem extricatiùs dijudicandi prom-
titudo ex isthoc velitationis colludio ubertim propullu-
lat. Si qui privatā in super operā meā, in exercitiis Theo-
logicis, qualia de assertionibus *ἀξιολογήσις* disquirēdo, Tex-
tus sacros logicè resolvendo, eosdē explicatè tractando,
ad usus etiam omnivarios salutare aptè accōmodando
institui possunt, vultis, absq; repulsæ metu à me exigite.
Quam præter cōmunem religiosæ veritatis cognitionē,
ejusdē *ὀρθοτόμως* & intemeratiùs docendæ, & nervosè pro-
pugnandę facultatē sigillatim spectare & sectari debetis,
Theologię studiosi, (ut qui nomen hoc exinde sortimini
peculiare) eam acquirētis viā nulla ordinariā directius ac
istā. Quapropter ni sola nominis ejusmodi larva gloriari
præsumitis, ipsi etiā qua eundum esse animadvertitis, ul-
trò & festinè pergetis. Sic Deus opt. Max. rigationē meā
vestramq; industriā salutarī incremento affatim in Chris-
tō locupletet. Dab. Bethaniæ VI. Id. Jan. Anno 1617.
E. acto renovaliorum Evangelicorum seculo.



248



certas ad publicam placidamq; *συζητησιον* producat; ne quâ parte veritati aut accuratius exquirendâ, aut exquisitiùs percipiendâ deesse videamur. Simula. & eò faciet modesta & secundum inviolabiles charitatis Christiane leges gubernata hæc juvenutis exercitatio ut *ἡλικία γενημασμένα ἔχειν πρὸς διάκρισιν καλὴν καὶ κατὰ ἀδμινικουλάτιον* ipsa occipiat. Nec n. cogitata minùs impedite proferendi, solù, sed & eadem extricatiùs dijudicandi promittitudo ex isthoc velitationis colludjo ubertim propullulat. Si qui privatâ in super operâ meâ, in exercitiis Theologicis, qualia de assertionibus *ἀποδείξεις* disquirêdo, Textus sacros logicè resolvendo, eosdè explicatè tractando, ad usum etiam omnivarios salutare aptè accomodando institui possunt, vultis, absq; repulsæ metu à me exigit. Quam præter cõmunem religiosæ veritatis cognitionè, ejusdè *ἰσοτόμοις* & intemeratiùs docendâ, & nervosè propugnandè facultatè sigillatim spectare & sectari debetis, Theologiæ studiosi, (ut qui nomen hoc exinde sortimini peculiare) eam acquiretis viâ nulla ordinariâ directius ac istâ. Quapropter ni sola nominis ejusmodi larva gloriari præsumitis, ipsi etiâ qua eundum esse animadvertitis, ultrò & festinè pergetis. Sic Deus opt. Max. rigationè meâ vestramq; industriâ salutari incremento affatim in Christi locupletet. Dab. Bethaniæ VI. Id. Jan. Anno 1617. E. a. Sto renovaliorum Evangelicorum seculo.

GEORGIUS VECHNERUS
PIETAT. PROFESS.

- I. Tradabit *Prædicam Christiana Pietatis institutionem*; ad cordis *excitationem*, animiq; *exercitationem* comparatam.
- II. Modum tractationis observabit eam; quæ nuperâ Professionis hujus declaratione designavit: secundû què
 1. Univerfa *PIETATIS* doctrina *Methodo ad Praxim accomodata*, contextetur:
 2. Singula capita *Axiomatibus certis brevibusque* evolventur:
 3. Axiomata ipsa uberiùs pertractabuntur, pro cordis *Excitatione*; animiq; *Exercitatione*.
- III. Exercitiorum loco, Continuabit *collegium Privatam Concionatorum*; ad Textuum integrorû Tractationè dehinc Theologiæ studiosos manu ducturus: postquâ præcedere semestri latius cõmonstrata est ipsi sententiarû, seu dictorû brevium tractatio. Singulariter etiam *applicationis rationem* ostendet deinceps in auditorum ad *Pietatem & Excitatione*, & *Exercitatione*.
- IV. Absolvat semestri hoc Partem Institutionis di primam de *PIETATIS* usibus & *Fructibus*: Itemq; secundam de *Officiis PIETATIS* preparatoriis.

CASPAR DORNAVIUS
MORUM PROFESSOR.

IN Ethopraxias systemate generali, cujus absolutæ sunt hæcenus partes duæ; tertiam, quæ & ultima, ad finem perducet. Hæc variorum hominum distinctiones, ordines, naturæ, conditiones annotantur: modi docentur conversandi cum æqualibus, inæqualibus, superioribus, inferioribus: ostenduntur, quæ observanda foris, in peregrinatione; domi, in congressibus quibuscunque; in nuptiis, funere, conviviis; in exercitiis feriis, ludicris.

II. Methodo utitur, quam ipse *ἡλικία γενημασμένα*, Fundator & Patronus incomparabilis præfiguravit: ex cuius mente, haud obscurâ, traduntur præcepta generalia, definitiombus & divisionibus inter se catenata. Illa, intento ad fontes digito, excoluntur explicanturque, pro re nata, sententiis biblicis, Patrum, Oratorum, Philosophorum, Poëtarum, veterum cõmprimis; quandoque etiam recentiorum. Illustrantur eadem Historiis, quæ sacris, quæ profanis; quæ nostri quæ præteritæ ævi; prolato quoque problemate aliquo controverso, brevibus deciso: canones deniq; sub finem cuiusq; capitis annotantur; qui, ex præmissis quodammodo emergentes, ad varias vitæ partes pro regulis serviunt.

III. Exercitia, ut hæcenus, publica & privata frequentabit. Disputationes instituet ex systemate, eâ formâ ac veste; quæ publicitatis innotuit. Non hæc solummodò: sed studiosam insuper juvenutem producet in arenam; de variis, ad conversationem, in civili vita, utilibus thematicis, diserturam: quod fiet, nonnunquam brevioribus *ἡλικία γενημασμένα*; quandoq; iustis orationibus: epistolis item argumenti varii, ad imitationem optimorum Auditorum, ultrò citroq; commutandis, recitandis. Hæc maximam partè domi cogitata, elaborata, representabuntur à discipulis publicè. Interdû verò de Historia aliqua, de facinore Illustri dicere studiosi ex tempore jubebuntur: quædam etiam actu comico poragentur: omnia ad Professionem morum accomodata.

Recensio
PRÆLECTIONUM EXERCITIORUMQUE
Tum Publicorum, tum Privatorum;
IN ILLUSTRi GYMNASIO SCHONAICHIANO!
Ad semestre Hiemale, Anni 1619. *ἡλικία γενημασμένα*, adornandorum.

ERNESTUS NOLDUS

Prof. V. Test.

- I. Explicabit *Hebrææ Gram. Job. Buxtorfii Epitomen*, cum resolutione dictorû *U. T. & Psalmorum* ad calcè adjectorû.
- II. *Propheciam Hoseam* ex linguâ Hebræâ tractabit, usumque demonstrabit in fide & vitâ nostrâ.
- III. Exercendâ juvenutis Theologicæ gratiâ, *Collegium lingua Hebrææ peculiare* instituet:
Sic & *Collegium Collationis Biblicæ*: in quo de certo aliquo capite Biblico semper disquiratur: dubiaque & scrupuli, qui inter legendum incidere lectoribus possunt ac solent, solvantur.
Idem *Theses Exegeticas Textuum sacrorum* tractatorum, examini publico subjiciet: si fuerint è studiosis, qui *Respondentium* vicem subeant.
- IV. Singula ista peraget hac hyeme.

M. ADAMUS LIEBIGIUS

Theologiæ Prof.

- I. Concinnabit *Locos Theologicos* ex S. S. potissimum.
- II. Præstabit *ordine Logico, & brevissimè*: uberioriq; cognitione ergò manu quasi ducet auditores ad *lectionem probatissimorum Theologorum*: ut sciant, quos de loco quovis Theologico proposito, consulere queant.
- III. Singulis locis ad finem perductis, subjiciet *disquisitionem* de iisdem aliquam: ut exercent sese auditores per horas aliquot inquirendo & disputando.
- IV. Absolvat semestri hoc locos quatuor: De *Scripturis*; De *Deo*; de *Divinis decretis*; De *Decretorum executione in genere*.

JEREMIAS COLERUS

Nov. Test. Professor.

- I. Perget in tractatione *Epistola ad Ephesios*.
- II. Methodo utetur porrò eâ: ut
 1. *Analysin Textus Logicam* semper præmittat:
 2. Explicet *difficiliora & obscuriora* quæq; loca:
 3. *Conjectaria*, notatu digna, exinde extruat:
 4. Ad usum *Prædictum* populariumque eadem ipsa breviter accomodet; *accommodandiq; modum* simul commonstret.
- III. Exercendâ studiose juvenutis ergò,
 1. *Concionum ideas* ex lectionibus suis adornare, docebit: quas in publico, *professu diebus*, candidati ministerii habeant.
 2. Idem sub initium finemve lectionis cujusque suæ, præstò erit auditoribus suis, *ad exercitationem disputatoriam*: si visum quibusdam fuerit, de proxime semper habitis lectionibus, uberiùs edoceri, inquirendo, opponendove.
- IV. Absolvat semestri hoc, quoad ejus fieri poterit, Epistolam illam integram.

PETRUS POLENIUS

J. U. D. & P. P.

- I. In *Institut. Imperialib.* pertextet, *Paraphrasticam cum Analysi verborum, Rerum, Explicationem*.
- II. Ordinis commodi rationem, in ulteriori, quam ab *obligationibus* exorsus est, parte, ita habebit: ut S. S. *seriem Methodicè* enumeret narratione, & simplici per causas, Effecta, Contraria &c.
Adjiciet etiam, quod & fecit hæcenus, *Rationes primas & Generales*; *sedes similiter primas & ordinarias*: Sic & *Exemplarum vulgaria & cortidiana*.

- III. Disputationes de explicatis & pertractatis titulis publicè resumet; modo studiorum (*qua in Respondentib. de Jure præcisè olim exigebatur l. 2. S. fin. O. J.*) fiduciam mediocrem, vel quipiam saltem ostenderint.
- IV. Absolvat semestri hoc *Institut.*

JACOBUS BEHRNAUER

D. Profefs. Medicinæ.

- Hoc semestri explicabit ac absolvet *ἡλικία γενημασμένα* doctrinam
- I. De *Causis, & differentiis Morborum, atq; Symptomatum* in Genere:
 - II. *Eorû quæ restant* in libello Philippi Mel. de *Animâ*:
 - III. De *Mineralibus ac Metallis*; cum exhibitione ad oculos:
Methodo *ἡλικία γενημασμένα*: ut potè ad captum Medicinam & alias artes discendum, compendiosâ & commodâ ratione;
Exercitiis. I. *Anatomia* in bruto, vel Generalis, vel certi membri primarii.
II. *Disputationes* privatæ, tum publicæ.

M. JOHANNES SCULTETUS

Logices Professor.

- I. Ad plenam Logices intelligentiam & Usum *Systemæ Keckermanni Logicum Majus* præleget.
- II. Modum Prælectionis, ad *Explicationem & Applicationem* diriget.
EXPLICATIO Capitis cujusque tum Didascalica, tum Dialogistica sit.
Didascalica, Præcepta & Commentarios præceptionum *Analysi Logicæ*, declarabit.
Dialogistica, Quæstiones controversas, Veritatis indagandæ causâ, singulis Capitis subjunget.
APPLICATION, Usum cujusq; Capitis in Exemplis ostendet.
- III. EXERCITIA Logica instituet ita: ut
 1. Absolutis singulis *Logicæ Partibus Usum in Genesi & Analysi Theorum tam Simplisium quam Conjunctorum* plenius ostendat:
 2. Veritatem Præceptionum *Disputationibus in suis* suendû excutere paratus sit.
- IV. Absolvat hoc Semestri pro captu Auditorum *Primum & Secundum Librum*.

BALTHASAR EXNERUS

de Hirschberga Historiar. Prof.

- I. Perget in *Historiâ Universalis GLASSARI*, prolixius & ad usum *Ecclesiasticum & Politicum* accommodatè explicandâ.
- II. Methodo utetur eâ: ut
Initio de quavis *Personâ & Negotio*, memorabilia quæque brevissimè concipiantur: & numero certo comprehendantur:
Deinde ex memorabilib. illis, inter se variè collatis, *Monita & Axiomata Politica, Ecclesiastica*, eruantur: efferanturque eadem, vel *verbis arbitrariis*, vel *Classicorum quorûm Auctorum gnomicis ac sententiis*.
- III. Exercitiorum loco id ager: ut Juventus studiosa, ad *Auctores Historicos* pari modo resolvendos, & ad usum tum *Politicum*, tum *Ecclesiasticum* compendiosè accomodandos, manu ducatur.

Etiam publicè ejusmodi *Resolutionum & Accommodationum* periculum faciet.

- IV. Absolvat semestri hoc *librum prædicti Auctoris primum*; initium facturû ab *Historiâ Lafonis de vellere aureo*: cui adjunget *historiam cognatam de vellere aureo, Belgico-Hispanico*.

GABRIEL TITUS

Professor Ethico-Politicus

- I. Continuabit *Explicationem Ethicæ M. Abrahami Sculteti*.
- II. *Explicationem* eam *methodo* hæc ulterius pertextet:
 1. Ut *Virtutum quarumcunq; deductio per terminos logicos* pateat:
 2. *Quæstiones* ab auctore indigitatæ breviter, evolvantur uberiùs.
- III. Prout auditribus lubitum fuerit, *extractas è lectionibus suis disputationes* publicè privatimve, exercitii gratiâ, quoq; instituet.
- IV. Absolvat semestri hoc *Ethicam integram*: ut inde accedere ad *Politicam* liberiùs maturusq; possit.

GEORGIUS MANLIUS

Phil. & Med. D. Eloquentiæ & Poeseos Prof.

- I. Proponet & absolvet, semestri modò labente *Cic. lib. 1. de Orat. Hor. lib. 11. Epist. 111 ad Pis.*
- II. Methodum adhibebit eam in explicando: per quâ pateat ratio Thema quodq; propositum, Oratoricè, Poeticè,
Tractandi,
Amplificandi,
Exornandi.
- III. Exercitia adjunget, ex iisd. fontibus
Disputatoria,
Oratoria,
Poëtica.

DAVID VECHNERUS

Mathemat. Profefs.

- I. Pertractatis antehac Astronomicis, Universalique Geographiâ explicatâ, deinceps *Geographiam Specialem* pertextet.
- II. Methodo id eâ faciet: ut quæ *memoratu digniora sunt*, circa regionem quamq; per certa capita pateant: utq; simul innotescat & usus *particularium tabularum Geographicarû* & earundem *artificiosa constructio*.
- III. Exercitiorum loco
Publicè, præstò erit exercitaturis sese in *disputationibus Meteorologicis & aliis* id genus,
Privatim, ut fecit antè in Geometricis; porrò erudiet mathematicum studiosos in *doctrinâ Trigonometricâ*; usum ejusdem ostensurus in *dimensione*, per *Quadrantem* aut *Obstantem*.
- IV. Absolvat semestri hoc *GERMANICÆ descriptionem*.
Idem in *GRÆCA LINGUA* informabit exercebitq; privatâ operâ eos; quibus, linguæ illius cognitione, ad *Theologia Meditativâ* studium, rectius sese apparare, est animus.